

P V I S

1 6 1 8

- | | |
|--|--|
| II. Berzmani paraphrasis Psalmi 121. 91. 125. 124. | XXIX. Festusii in obitum Eusebii Primobis |
| III. Berzmani paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09. | XXX. Angeli ad Baronem de W. H. m. i. t. z. |
| IV. Berzmani paraphrasis Psalmi 08. | XXXI. Memoria Damolii Diepholdii. |
| V. Berzmani Epipemphion Psalmorum 91. 97. | XXXII. Abrahami Cremeri proemptionem ad. H. u. |
| VI. Berzmani Psalmi 104. 0. 19. | XXXIII. Proemptionia Fyfelio et Cremeri dicta. |
| VII. Poletani Paraphrasis Prometei Iona. | XXXIV. M. Victori, cum renuntiaretq. Rector. |
| VIII. Mundorpii paraphrasis Iona. | XXXV. Ode Sapphica in Doctores Honoratus |
| IX. M. Iacobi Gregorii Ionas. | Fyfelii &. |
| X. Joannis Fabri de Nativitate Christi. | XXXVI. In Magisterii Honorei Jan. Cram. |
| XI. M. Theodori de Nativitate Christi. | XXXVII. Mermanni in honorem Magisterii |
| XII. Waltzeri Oda de Redemptionis Opere. | XXVIII. Rosenlii in Magisterium Haberlandi. |
| XIII. Oritii de Peccatu Christi ad Inferos. | XXIX. In Magisterium Copenii |
| XIV. Pormacii Heptar simulane Resurrectionis. | XL. Bethmanni Herdesiani. |
| XV. Stentorii ubi impudentissimis. | XLI. Christiani Vopleri. |
| XVI. Trautmanni instructio p. vero Luterano. | XLII. Abrahami Theopoldii. |
| XVII. Bratorii Epistola Germaniae ad Electores. | XLIII. M. Copenii Gratiani. T. H. W. M. Magister |
| XVIII. Moiti ex Auma ad Christianum Pr. Abbat. | XLIV. De dignitate Consulari Trevesi. |
| XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. Abbat. | XLV. De dignitate Nuntiatus Gelami. |
| XX. Henna ab Eichen ad Maunicium Pr. Episc. | XLVI. Apocryphorum Politicorum sigula. |
| XXI. Abrahami Cremeri ad Electorem Brand. | XLVII. Nuptiis Marti a. Jona. |
| XXII. M. Imbingeri Statulatio in Natalem Rudolphi Principis Anhaltini. | XLVIII. M. Pucneri. |
| XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Pr. Pr. Pr. | XLIX. M. Richardi. |
| XXIV. Berzmani Ecloga Rodolphus. | L. Wolfgangi Hanen. |
| XXV. Bromii Nuptiis ratis Rudolphi Pr. | |
| XXVI. Wrsini et M. Jeno Nuptiis eiusdem. | |
| XXVII. Parentalia Augusto Electori a D. Maiore Sabita. | |

Ec. 11



~~101~~ C.

Honori ac celebritati
NUPTIARVM
Consultissimi, Doctissimiq;
Viri-juvenis

DN. IACOBI TROIÆ. I. V.
CANDITATI, ET ADVOCATI
Serveftani aulici, &c.

SPONSI

ET
Nobiliffimæ, pudiciffimæq;
virginis

DOROTEÆ PANNONIÆ,
Nobilis, Clariffimi, atq; expe-
rientiffimi viri

DN. VVENCESLAI PANNONII ME-
dicinæ Doctoris ac Dioceffios Landsbergen-
fis Phifici ordinarii Celeberri-
mi, filiæ

SPONSÆ.

Celebratarum Calendis Septembrib:
ANNO M. DC. XVII.
Carmina ab amicis, & fautoribus dedicata.

SERVESTÆ

Excudebat Zacharias Dörffer.
ANNO M. DC. XVII.



Honori ac celebrati
NUPTIARVM
Consulenti, Dignissimi
Viri Iuvenis

DIACOBII TROISI
CANDIDATI ET ADVOCATI

Serventium amicis, &c.
SPONSOR

Nobilissimi, pudicissimi
Viri

DOROTHEE PANNONIE

Nobilis, Christianis, atq; expe-
rientissimi viri

IN VANGELIAI PANNONII ME

in hunc mundum celebrati

SPONSOR

Celebratissimi Calendis Septembrib;
ANNO M.D.C.XVII

Carmina ab amicis & Tutoribus dedicata

SERVENTIA

Fructuabat Zacharias Dörfler

Anno M.D.C.XVII





D Vm, nove Sponse, Hymenæon ducere ad ignes,
Gratariq; tuis votivo carmine tædis
Instituo lusum, quæso, concede jocanti;
Ludere enim est animus, stultosq; illudere amores,
Queis puerile modò ruit ad connubia cœca,
Corporis atq; animi innumero discrimine vulgus,
Sæpè eriam prius, ac rectè exsiccata sit auris.
Quod si quem ferio, veniam det & ille jocanti,
Ludere enim est animus, stultosq; illudere amores.

Rimabar causam, quid sit, quod tempora vitæ
Tantò nunc breviora viris, tamq; improba fata,
Degeneres animi, exhaustæq; in corpore vires,
Veriùs absunt & multi videantur ut umbræ?

Defino mirari; Pueros cum cerno maritos,
Ac Venerem infantis primo meditarier ungui.
Sic etenim nodo res agitur, sic fata parantur
Conjugii, si ter quinos compleverit annos
Virginco amplexu Puer haud indignus habetur.
Quæritur huic Virgo, Virgæ ut se subtrahat, & nil
Debilitas animi, nil obstat debile corpus,
Nil ætas, nil conjugii reverentia sacri.
Scilicet est virgo, & quærenda pecunia primùm
Virtus post nummos; prostant namq; omnia nummis.

Hinc videas hodie jungi, quos jungere probrum,
Et quos conjugii nescire arcana decebat.
O pudor! ô mores! ô tempora! jungitur infans
Infanti, & pueri se per connubia Virgis
Subducunt, ducunt meritas in virgine virgas,
Dumq; sibi, natibusq; putant reperisse medelam

Virgas adversum, pereunt in virgine toti,
Corporibusq; animisq; simul, medicamine demto.
Hinc imberbe genus Patrum, hinc tot ubiq; virorum
Probra, maritorum spectra, excrementa scholarum,
Quisquiliaq; hominum, nostri grave dedecus ævi;
Re tamen hac unâ grati, quod levia fulgent
Ora, nec amplexu terit aspera barba puellæ;
Cætera nil: nec enim puerili in corpore vires,
Non virtus animosa viri, non rebus agendis
Dexteritas, non consilium, prudentia nulla:
Sic omnis primâ perit in lanugine virtus,
Sic pereunt omnes in virgine & inguine vires,
Conjugiumq; citum mors immatura resoluit.

Longè alia, & melior sententia mente resedit
Sponse tibi, Cyprios qui non meditatus & ignes
Nec prius Idalium placuit vidisse penetral,
Quàm tibi Musarum præses Cyrrhæus Apollo
Et sacrata Themis sua munera larga tulissent,
Immo etiam clypeum Pallas aptasset, & hastam:
Nam tibi prima fuit pietatis cura, secundas
Culta novenarum, primo sub flore, sororum
Turba tulit, tandem studia hæc Themis omnia complet.
Inde peregrinas animus lustrasse per oras
Millenos hominum mores, variasq; regendi
Artes, obsequii simul Imperiiq; figuras,
Et quicquid vario novitas producit amictu.
Quin etiam hostiles inter Bellona catervas
Militiam, & grave Martis opus cum laude ferentem
Vidit, & incolumem Musis, patriæq; remisit,
Scilicet, ut gemino tibi Martis est Artis honore
Conspicuo, dignos Venus ipsa pararet amores.

O factum

O factum benè! sic rectè connubia fiunt;
Cum matura viro, & plenis jam nubilis annis;
Nil remoraturis, quibus est ea cura, propinquis,
Mature conjuncta viro sacra foedera jungunt.

Salve igitur præstans virtute atq; arte Jacobè
Salve Sponsæ tuâ felix modò virgine Sponsâ
Cras nuptâ, felix tandem hac quoq; mater futurus,
Et tu virginæ flos intemerate pudoris,
O digno jungenda viro, lectissima Sponsa,
Quæ patrium decus ipsa tuis virtutibus auges,
Tâm decus ipsa tuis, quàm laude ornata tuorum
Salve Sponsa tuo felix modo conjuge salve.

Fortunati ambo, juncti felicibus ambo
Auspiciis, vestras conjungat Gratia mentes,
Vnanimesq; liget firmo Concordia nexu,
Et quia nox cursu medium jam vergit ad axem,
Carpite jucundam thalamo pro more quietem,
Cætera nox, & Hymen genialis, amorq; docebit.

*Johannes Sturmius Reip:
Servedana Synd:F.*

A 3 NYM

NYMPHÆ VENERI.

Pallas nos ad te misit, Venus alma, Jacobo
Sponso Dorotheam des, Sponso Phœbus Apollo
Cui pater est, & cui solers prudentia mater,
Qui geminum norit jus, est & clarus agendis
Causis, non cedens aut Sulpitio aut Labeoni
Aut Nervæ, aut aliis præclaro munere fandi.
Hunc ad patronum vel dignum rebus agendis
Eligit & poscit confirmatq; A scanis aula,
Dorotheam inde tuam tum salvâ fronte rogamus,
Salvâ si potes hanc tu fronte negare, negato.

VENVS NYMPHIS.

Quid vos, meæ sororculæ,
Tâm postulatis liberè
Meam Dorotheã virginem,
Dum Marchia huic non fert parem?
Non fert parem, virgunculos
Si perspicitis annos, quibus
Sponso jugalem in dexteram
Quis virginem rogat dari.
(Et sit juvenis annis licet,
Nec non tenella corpore,
Illam tamen senem puto
Virtute, mente providam.)
Nec fert parem parentibus,
Avisq; claris, ceteras
Tacebo mentis & dotes
Opum, quibus nec fert parem.
Hinc dicta contrà qualia
Parabo, dubito, pati

Vt

Vtrum repulsam vos sinam,
Petitioni an dem locum?

Sed nominis celebritas,
Vocationis dignitas,
Mentisq; perspicacitas,
Sponsi repulsam denegat.

Ergo, sorores optimæ,
Comtos capillos cingite,
Vel frondibus vel floribus,
Ut tempus & res postulat:

Meoq; ferte nomine
Meæ Dorotheæ hoc nuncium,
Sponsata Jacobi sit decens
Virgo mei clientuli.

Iis Cupidinem meum
Ego filium mittam inter hæc,
Qui corda jungat arctius,
Qui corda liget fortius.

Et his peractis, Vos novum
Conferte Sponsum protinus,
Eiq; responsum nimis
Gratum bonumq; dicite.

Et nuptias & cetera,
Quæ, Juno, toris præsidet,
Meo rogatu sanciet
Meo rogatu perferet.

Andreas Pulmanus
Servestanus.

Ad

Ad
Clarissimum & Præstantissimum
DN. SPONSUM.

Iucundum nimis & nimis decorum
Bonis artibus imbui; sed illud
Iucundum magis & magis decorum
Legum militiæ foro dicatum
Sic à Pallade roborâsse mentem;
Ut certaminis hoc & hoc periculum
Cum consortibus ausit experiri,
Victricemq; sibi merere palmam,
Quam cum non sine laude singulari
O JACOBE tibi hætenus parâris,
Quis te non statuât quater beatum?
Iucundum nimis & nimis suave
Lectam ducere virginem, sed annis
Plenam haud ducere, dote luculentam
Iucundum magis & magis suave:
Qualem cum tibi JHOVA, Sponse, jungat,
Quis te non statuât quater beatum?
Ille maximus imperator ævi,
Rerum conditor omnium, quot hæc
Naturæ sinus exhibet creatrix,
Aut sequentibus exhibebit annis,
Successu beæ usq; lætiori
Vos vestramq; domum, ratosq; semper,
Si quam forsan avetis optionem,
Fato ducat ad exitus secundo.

*Michael Stigelius
Cothenus.*

*Id 4212.
8.*

ULB Halle 3
002 391 589




So

Ne
vom







...ti
 ...simiq;
 ...DIÆ. I. V.
 ...VOCATI
 ...&c.
 ...næq;
 ...NONIÆ,
 ...q; expe-
 ...NONII ME
 ...ndsbergen.
 ...berri.
 ...tembrib:
 ...II.
 ...us dedicata.
 ...örffer.

101

